Universitätsbibliothek Paderborn

Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica Recapitvlatio

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die, si placet, vltima Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Visual Library

Die, ſi placet, vltima Decembris.

De beato Vualinberto, aut Garenberto, abbate Boenenſi.

Ex catalogo Sanctorum Flandriæ, & annalibus Meieri.

IN Boenenſi monaſterio, obitus beati Walinberti, abbatis. Quem Meierus vocat Garembertum. Qui natus in *Gulpen* apud Furnas, primùm Furnæ habitauit apud Canonicos ſanctæ Walburgis, poſtea Cameraci. Deinde in oppido ſancti Quintini ſeruiuit nobili viro Oylardo, poſtremo ſeceſſit in ſiluam *Boeny*, ſibi ab Oylardo traditam, vbi diſcipulos congregans, tanta vixit ſanctitate, vt à Liethardo epiſcopo Cameracenſi primus creatus ſit abbas Boenenſis, & in hunc vſque diem, à vulgo, quanquam nondum eleuatus, ſanctus Walimbertus dici meruerit: Monaſterium dicitur etiam montis ſancti Martini, ordinis Præmonſtratenſis.

Wulpen.